

ACTA APOSTOLICAE SEDIS, An. et Vol. XL, 28 Januarii 1948, N. 1.

ACTA PII PP. XII. CONSTITUTIO APOSTOLICA de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus.

1. Sacramentum Ordinis a Christo Domino institutum, quo traditur spiritualis potestas et confertur gratia ad rite obeunda munia ecclesiastica, unum esse idemque pro universa Ecclesia, catholica fides proficitur; nam sicut Dominus Noster Jesus Christus Ecclesiae non dedit nisi unum idemque sub Principe Apostolorum regimen, unam eandemque fidem, unum idemque sacrificium, ita non dedit nisi unum eundemque thesaurum signorum officium gratiao, id est Sacramentorum. Neque his a Christo Domino institutis Sacramentis Ecclesia saeculorum cursu alia Sacraenta substituit vel substituere potuit, cum, ut Concilium Tridentinum docet, (Conc. Trid., Sess. VII, can. 1, De Sacram. in genere) septem Novae Legis Sacraenta sint omnia a Jesu Christo Domino Nostro instituta et Ecclesiae nulla competit potestas in "substantiam Sacramentorum", id est in ea quae, testibus divinae revelationis fontibus, ipse Christus Dominus in signo sacramentali servanda statuit.

2. Quod autem ad Sacramentum Ordinis de quo agimus spectat, factum est ut, non obstante ejus unitate et identitate, quam nemo unquam e catholicis in dubium revocare potuit, tamen, natatis progressu, pro temporum et locorum diversitate, illi conficiendo ritus varii adiicerentur; quod profecto ratio fuit cur theologi inquirent, quinam ex illis in ipsius Sacramenti Ordinis collatione pertineant ad essentiam, quinam non portinoant: itemque causam praebuit dubiis et anxietatibus in casibus particularibus, ac propterea iterum itemque ab Apostolica Sedie humiliter expostulatum fuit, ut tandem quid in Sacrorum Ordinum collatione ad validitatem requiratur, suprema Ecclesiae auctoritate decernetur.

3. Constat autem inter omnes Sacraenta Novae Legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis officientia, debere gratiam et significare quam officiunt et efficere quam significant. Iamvero effectus, qui Sacra Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinatione produci ideoque significari debent, potestas scilicet et gratia, in omnibus Ecclesiae universalis diversorum temporum et regiomum ritibus sufficienter significati inveniuntur manuum impositione et verbis eam determinantibus. Insuper nemo est qui ignoret Ecclesiam Romanam semper validas habuisse Ordinationes graeco ritu collatas absque instrumentorum traditione, ita ut in ipso Concilio Florentino, in quo Graecorum cum Ecclesia Romana unio peracta est, minime Graecis impositum sit, ut ritum Ordinationis mutarent vel illi instrumentorum traditionem insorarent; immo voluit Ecclesia ut in ipsa Urbe Graeci secundum proprium ritum ordinarentur. Quibus colligitur, etiam secundum montem ipsius Concilii Florentini, traditionem instrumentorum non ex ipsius Domini Nostri Jesu Christi voluntate ad substantiam et ad validitatem hujus Sacramenti requiri. Quod si ex Ecclesiae voluntate et praescripto eadom aliquando fuerit necessaria ad valorem quoque, omnes norunt Ecclesiam quod statuit etiam mutare et abrogare valero.

4. Quae cum ita sint, divino lumine invocato, suprema Nostra Apostolica Auctoritate et certa scientia declaramus et, quatenus opus sit, decernimus et disponimus: Sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus materiam eamque unam esse manuum impositionem; formam vero itemque unam esse verba applicationem hujus materiae determinantia, quibus univoce significantur effectus sacramentales— scilicet potestas Ordinis et gratia Spiritus Sancti, —quaeque ab Ecclesia qua talia accipiuntur et usurpantur. Hinc consequitur ut declaremus, sicut revera ad omnem controversiam auferendam et ad conscientiarum anxietatibus viam praeccludendam, Apostolica Nostra Auctoritate declaramus, et, si unquam aliter legitime dispositum fuerit, statuimus instrumentorum traditionem saltem in posterum non esse necessariam ad Sacrorum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinum validitatem.

5. De materia autem et forma in uniuscuiusque ordinis collatione, eadem supra Nostra Apostolica Auctoritate, quae sequuntur decernimus et constituimus: In Ordinatione Diaconali materia est Episcopi manus impositio quae in rito istius Ordinationis una occurrit. Forma autem constat verbis "Praefationis" quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: "Emitte in eum, quossumus, Domino, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiae tuae munere reboreretur." In Ordinatione Presbyterali materia est Episcopi prima manuum impositio quae silentio fit, non autem e iusdem impositionis per manus dexterarum extensionem continuatio, nec ultima cui coniunguntur verba: "Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, etc." Forma autem constat verbis "Praefationis" quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: "Da, quossumus, omnipotens Pater, in hunc famulum tuum Presbyterii dignitatem; innova in visceribus ejus spiritum sanctitatis, ut acceptum a Te, Deus, secundi moriti munus obtineat censuramque morum exemplo suae conversationis insinuet." Denique in Ordinatione seu Consecratione Episcopali materia est manuum impositio quae ab Episcopo consecratoro fit. Forma autem constat verbis "Praefationis," quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: "Comple in Sacerdote tuo ministerii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica." Omnia autem haec fiant sicut per Apostolicam Nostram Constitutionem "Episcopalis Consecrationis" diei trigesimali novembri anni MCMXLIV statutum est.

6. Ne vero dubitandi praefeatur occasio, praecepimus ut impositio manuum in quolibet Ordine conferendo caput Ordinandi physicò tangendo fiat, quamvis etiam tactus moralis Ad Sacramentum valide conficiendum sufficiat.

Tandem quae supra de materia et forma declaravimus ac statuimus, nequaquam ita intelligere fas sit ut vel paulum negligere vel praetermittere licet ceteros "Pontificalis Romani" ritus constitutos; quin immo jubemus ut omnia data praescripta ipsius "Pontificalis Romani" sancte serventur et perficiantur.

Hujus Nostrae Constitutionis dispositiones vim retroactivem non habent; quod si dubium aliquod contingat, illud huic Apostolicae Sedi erit jubisciendum.

Haec edicimus, declaramus et decernimus, quibuslibet non obstantibus, etiam speciali mentione dignis, proindeque volumus et jubemus ut eadem in "Pontificali Romano" quadam ratione evidenter fiant. Nulli igitur homini licet hanc Constitutionem a Nobis latam infringere vel eidem temerario ausu contrarie.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die trigesimo novembri, in festo S. Andreae Apostoli, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, Pontificatus nostri mons.

PIUS PP. XII

Decretum pro Armenis

G. Hofmann, SI, Documenta conc Florentini de Unione Orientalium,
II De Unione Armenorum, Textus et Doc., ser theol 19,
PUG Romae 1935, pp 57 (citatur Hofm text)

G Hofmann, Orientalia Xt Period 5 1939 170-71

de Guibert, Bull Litt Eccl 10 1919 81-95 150-62 195-215

Galtier, Imposition des mains, DTC 7 1412 ff

Michel, Ordre, DTC 11 1317 ff

Continet

- * praeambulum
- 1 symbolum Nicaeno-constantinopolitanum
- * decernitur ut cantetur vel legatur in ecclesiis
- 2 definitionem Ghalcedonensem de duabus naturis in una Xti persona
- 3 definitionem c Const III de duabus voluntat et operat Xti
- 4 mandatum de acceptatione c Chalcedon, S Leo Mag, c oecumenicorum
sub R Pont legitime celebratarum
- 5 brevis formula de septem sacramenta
- 6 regula fidei Quicumque
- 7 decretum unionis cum Graecis
- 8 decretum de festis ecclesiasticis
- 9 acceptatio oratorum Armenorum
- 10 datum et subsingationes

Est decretum solemnis synodale c. Flor. sub forma bullae

Decretum pro Armenis

Quaeritur utrum pars quinta decreti, ubi de sacramentis, sit obiectum definitionis Eugenii IV.

Sententiae (vide Michel, Ordre, DTC 11, 1317 ff)

1. Est vera definitio conciliaris, infallibilis, e magisterio ecclesiae solemni et extraordinario procedens.

Huardus Tapper, De sacramento ordinis, a. 17, § de materia
F. Suarez, De sacramentis, disp xxxvi, sect ii, n. 14

Vasquez, in Sum ST., III disp 239, n. 6

Similiter sed minus fortiter

Billot, de sacramentis, Thms II thes XXX p 294 ss.

Galtier, L'imposition des mains, DTC 7, 1412 ff

2. Est instructio practica, historica, disciplinaris; non definit sed vel docet Armenos vel eis imponit ratus catholicos

Opinio forte magis recepta

Gasparri, de sacra ordinatione, t. II n. 1007

d'Annibale, Summula theol moralis, t. III, n. 231

Denziger, nota in DB 695

M Quera, Estudios eclesiasticos, 1925-27

3. Est doctrinalis (et non practica neque disciplinaris) sed procedit de magisterio non extraordinario sed ordinario quod errare potest, et de facto in materia ordinis erravit

Card. Van Rossum, De essentia sacramenti ordinis

4. Est doctrinalis (declaration ou expose doctrinal du concile de Florence sur les sacrements) et de magisterio extraordinario.
de Guibert, Bull Litt Eccl, 1919 81-95 150-62 195-215 (p. 214)

5. Totum decretum est magisterii ordinarii

Auctor in Ami du clerge, 1925, 175f (DTC 11 1321)

6. Est actus solemnis magisterii ecclesiastici

actus qui de reunione tractans

materias diversi generis pro diversis finibus

capitulat declarat diffinit tradit praecepit statuit docet

actus Aderat intentio definiendi conciliariter in Summo Pont.

quae tamen intentio non videtur ad omnia esse extendere

profundus Materia sacramentaria doctrinaliter declaratur

non tamen in finem definiendi sed in finem catechizandi

Decretum pro Armenis

1. Est actus solemnis magisterii extraordinarii.

- a) Subsignatur a R. Pont., 2 patr lat., 8 card., 5 archiep., 32 ep., 25 abbatum; 2 subsig aliae ad versionem armeniam
- b) Datur Florentiae in publica sessione synodali solemniter in ecclesia maiori celebrata 22 nov 1439 (ipsa verba conc. decreti)
- c) Describitur in ipso decreto "hoc saluberrimum synodale decretum" vide text Hofmann p 44 lin 13
- d) Delegati armeni dicuntur habere potestatem suscipiendi "quicquid Spiritus Sanctus hanc sanctam synodus illustraverit" Hof text p 23 lin 18
- e) Quod decretum exaratur sub forma bullae "Exultate Deo" minime impedit quominus sit decretum synodale

2. Immo aderat intentio definiendi

- a) Subscriptio Eugenii IV: Ego Eugenius... ita definiens subscripti"
- b) Epistola Eugenii IV post tres hebdomadas conscripta, 15 dec 1439 ubi legitur [Hofmann text p 51]
legati armeni "considerantes insuper hanc sanctam synodum eodem Spiritu sancto innixam diffiniri velle, prout diffinitum est, edocti, Spiritu(i) sancto acquiverunt puris animis, et assensum sponte praestiterunt decreto quod praesidentibus nobis per dictam synodum vice simo secundo mensis novembris proxime praeteriti promulgatum extitit."
"decreturn huiusmodi ab hac sancta synodo et sede apostolica divinitus diffinitum"
- c) "huiusmodi sanctum et catholicum decretum"
Inclusio in decreto prefatis sub introductione et "definitione" & Guibert

3. Cui intentioni Eugenii concordant

- a) Epistola successoris, Nicolai V, ad Andream Chrysobergum, archiepiscopum Nicosianum, anno 1447, Hofmann, Orient Xt Period 5 1939 171 ubi legitur
"alii pertinaciter contendentes, dicentes capitula conventa et concordata in praefato concilio Florentino inter latinos et armenos esse contraria fidei catholicae..."
"auctoritate apostolica inquirendi et contra omnes et singulos supradictos... tamquam contra haereticos .. procedendi.. plenam et liberam auctoritate praefata... concedimus facultatem"
- b) Defensio decreti in re sacramentaria a legatis pontificiis facta in synodo tridentina
NB Ignorabatur usque ad introductionem et usum artis imprimendi libros; unde aderant in concilio qui de decreto numquam audiverunt
- c) Usus decreti in concilio: post investigationem de Guibert
"Il semble donc bien que, dans les deliberations de Trente, le décret pro Armenis ait pris rang parmi les grands documents dogmatiques de l'eglise" Bull Litt Eccl 10 1919 81 ff
Et quidem de re sacramentaria: eg damnatus in Flor, haeret ex Flor
- d) Opinio theologorum usque ad investigationes historicas de materia ordinis: Tapper, Vasquez, Suarez, Maestrius, et alii prot Anjues, Amiga, Fiparza, de lauria, Langton, Marin, Goti
Prima. Van Rossem annectit errorum.

Decretum pro Armenis

4. Quamvis decretum fuerit actus solemnis magisterii extraordinarii cum intentione definiti, non tamen omnia in decreto contenta sunt definita.

a) Ex descriptione ab Armenis facta in sua acceptatione Hofm p 44
"hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, praceptis et statutis, omnemque doctrinam in ipso descriptam."

b) Sunt quae non sunt materia definitionis
Dies quibus celebrari debent Annunt, Nat Ioan Bapt, Nat. DNIC
circumcisio purificatio in templo
Symbolum Nicæno Constantinopolitanum esse cantandum vel
legendum in ecclesiis singulis dominicis et festivitatibus
maioribus
Admixtio aquæ in vino ad missam
Quae tamen omnia vocabulo speciali "decernimus" imponuntur
Hof pp 25 34 42

5. Quinta pars de sacramentis non proponitur ut definitio.

a) Redigitur sub brevissima formula "veritas sacramentorum ecclesiasticorum"
pro ipsorum Armenorum tam presentium quam futurorum
faciliori doctrina --- NB defectus catechismorum apud Orientales
En obiectum et finis ex ipso decreto DB 695

b) Ex descriptione facta a legatis armenis accipientibus
in ipso decreto, Hofmann text, p 43
"Quinto brevem formulam se ptem sacramentorum ecclesiae,
videlicet baptismi, confirmationis, eucaristiae, paenitentiae,
extremaeunctionis, ordinis et matrimonii, declarando quae
sit cuiuslibet sacramenti materia, forma et minister, quodque
in sacrificio altaris, dum calix offertur, vino paululum
aqua admiscerri debet."
Ergo inter declarationes et non inter definitiones
ponitur; vide sup. 4 a.

Quinta pars de sacramentis non est definitio.

Nam ut sit definitio, debet esse definitio manifesta; quae
evidentia deest tum in ipso decreto tum in subsequenti
ecclesiae tolerantia opinionum contrariarum.

6. Quinta pars mihi videtur doctrina catechetica

- a) Hic finis explicite asseritur: pro facilitiori doctrina
Armenorum tum presentium tum futurorum
b) Hic finis certo erat attingendus: deeraht catechismi inter
orientales -- cf Catechismus Concilii Tridentini
c) Finis et intentio idem sonant: finis enim est id quod
intenditur. Non potest finis esse definitio quando finis
dicitur facilior doctrina.
d) Quod cohaeret cum dubiis de valore dogmatico decreti,
cum tolerantia ecclesiae, dum disputationibus de materia
sacramentaria quas catechismus non eliminat.

De Ordine. Canones Tridentini.

- D961 1. Existit in Novo Testamento sacerdotium visibile et externum
potestas consecandi et offendi verum corpus et sanguinem Di
potestas peccata remittendi et retinendi
quare non est officium tantum et nudum ministerium praedicandi Evangelium
neque si qui non praedicant ideo non sunt sacerdotes
- D957 e capite primo
a Statuitur lex empirica quae divina ordinatione constituitur
In omni legi existit et sacrificium et sacerdotium
b Statuitur factum
Ecclesia catholica novi testamenti ex Domini institutione
acceptit sanctum Eucharistiae visibile sacrificium
c Concluditur
fateri etiam oportet
in ecclesia novum et visibile esse sacerdotium in quod vetus
translatum est
d Sacrae litterae ostendunt et traditio ecclesiae semper docuit
sacerdotium hoc a Domino institutum
Apostolis et eorum successoribus traditam esse potestatem
consecandi offerendi ministrandi corpus et sanguinem eius
nec non peccata dimittendi et retinendi.

cf. DB 938-940

Constat ex tractatu de Eucharistia exsistere in Nova Lege sacrificium
visibile et externum, novumque secundum ordinem Melchisedech sacerdotium,
quod in omni loco mundam oblationem oblaturum esse praedixit Malachias.

Constat praeterea esse sacramentum paenitentiae et potestatem
peccata post baptismum commissa retinendi vel remittendi. DB 911 ss.

Positis potestatibus circa eucharistiam et paenitentiam, sequitur
esse sacerdotium externum et visibile.
Nam actus quibus haec potestates exercentur sunt visibles et externae:
sunt enim sacramenta, quae sunt signa visibilia.
Praeterea sequitur non omnes christianos pariter esse sacerdotes:
nam tales actus exercentur nomine societatis perfectae quae est
ecclesia Dei
in societate ordinata et humana, existit specialisatio functionum,
nam homo est animal politicum seu nomine moderno sociale, quod sibi
solum in nullo sufficit sed mira solidaritate cum aliis coniungitur.
Praeterea, idem sat aperte sacris litteris docetur, Heb 5, 1
"ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur"

Posito sacrificio et clavium potestate: sequitur de necessitate
metaphysica esse eos cui hanc potestatem exercant.
Posita natura hominis sociali: sequitur de necessitate naturae
eos qui hanc potestatem exercant non esse indiscriminatim omnes
sed aliquos ad hoc legitime deputatos.

De Ordine. Canones Tridentini. Canon 2. DB 962.

D962 In ecclesia catholica praeter sacerdotium sunt alii ordines maiores et minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur.

E capite DB 958

a Consentantum fuit ut

"... plures et diversi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio desirvirent, ita distributi ut, qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent"

b consentaneum fuit

a' cum divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium
b' quo dignius et maiores cum veneratione exerceri posset

c' in ecclesiae ordinatissima dispositione

c Sacrae litterae apertam-^{/is}-mentionem-
apertam mentionem faciunt non solum de sacerdotibus sed et de diaconis.
gravissimis verbis docent quae maxime in illorum ordinatione

attendenda sunt

d ab ipso ecclesiae initio in usu fuisse cognoscuntur
nomina sequentium ordinem et propria uniuscuiusque ministeria
Scilicet subdiaconi adolythi exorcistae lectoris ostiarii

e non tamen pari gradu

a Patribus et conciliis subdiaconatus ad maiores ordines refertur.
de aliis inferioribus apud Patres frequentissime legimus

Pesch § 590

'Quod vero concilium ait "Ab ipso ecclesiae initio... in usu fuisse cognoscuntur" ad tempus Cornelii Papae refertur; nam certum est Patres concilii de prioribus temporibus nihil tale compertum fuisse. i habuisse.'

cf ibid §§ 580, 586, 590 (de modo agendi operis concilii)

Loca SScri citata in capite DB 958

Mt 16, 19: primatus Petri

Lc 22, 19: institutio eucharistiae

Io 20, 22: potestas clavum apostolis tradita

Act 6, 5: de diaconis

1 Tim 3, 8: de dotibus qualitatibus diaconorum

Phil. 1, 1: scripit Paulus omnibus fidelibus cum episcopis et diaconibus

De Ordine. Canones Tridentini. Can 3-5, DB 963-65

3. Ordo sive sacra ordinatio est vere et proprie sacramentum a Xto Domino institutum
quare

Non est figuratum quoddam humanum, excoxitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis

Neque est tantum ritus quidam eligendi ministros verbi Dei et sacramentorum

4. Per sacram ordinationem datur Spiritus Sanctus, ideo ne non frustra dicitur ab episcopis "Accipe Sp Sanctum"

Per eam imprimitur character

Qui semel sacerdos fuit, laicus fieri non potest

5. Sacra unctione qua ecclesia in ordinatione utitur et similiter aliae ceremoniae non sunt contemniendae et non sunt perniciose

E capite, 3, DB 959

Perspicuum est

testimonia SScr, traditione apostolica, unanimi PP consensu sacram ordinationem conferre gratiam

Quare nemo debet dubitare ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctae ecclesiae sacramentis

Citantur 2 Tim 1: 6 7; 1 Tim 4 14

E capite, 4, DB 960

Quia imprimitur character qui deleri non potest neque auferri

Demandata et damnata est sententia eorum qui asserunt
a novi testamenti sacerdotes temporariam tantummodo habere potestatem
b semel rite ordinatos iterum laicos effici posse si ministerium
verbi (praedicandi) non exercant

De Ordine. Canones Tridentini. Can 6-8, DB 966-68.

6. In ecclesia catholica existit hierarchia
quae divina ordinatione est instituta
quae constat ex episcopis, presbyteris, et ministris
7. Episcopi sunt presbyteris superiores,
habent potestatem confirmandi et ordinandi
quam habent potestatem non est communis cum presbyterorum potestate
ordines ab episcopis collati sine consensu aut vocatione populi
vel potestatis saecularis sunt validi
qui nec ab ecclesiastica et canonica potestate rite ordinati sunt
nec missi sunt, sed aliunde veniunt, sumi non sunt legitimi ministri
verbi et sacramentorum
8. Qui episcopi assumuntur auctoritate Romani pontificis sunt
legitimi et veri episcopi
et non figuratum humanum

E capite, 4, DB 960

B Si quis affirmet

a omnes christianos promiscue Novi Testamenti sacerdotes esse
b aut omnes pari inter se potestate spirituale praeditos esse
nihil aliud facere videtur quam confundere ecclesiasticam hierarchiam
quaer est ut castrorum acies ordinata (Cant cant 6, 3)
perinde ac contra Pauli doctrinam omnes apostolos, omnes....
doctores (1 Cor 12 29; Eph 4 11)

C Praeter caeteros gradus praecipue pertinent episcopi ad hunc
hieraticum ordinem

positus a Sp S regere ecclesiam Dei Act 20 28
sunt superiores presbyteris

conferre confirmationem, ordinare et alia pleraque peragere
possunt quae reliqui episcopis inferiores non possunt

D Nulla ordinatio est irrita propter defectum consensus, vocationis,
auctoritatis sive populi sive saecularis potestatis vel magistratus

E Non sunt ecclesiae ministri sed fures et latrones per ostium
non ingressi (Io 10 1) sunt habendi

a qui tantummodo a populo aut saeculari potestate ac magistratu
vocati et instituti ad haec ministeria exercenda ascendunt

b qui propria temeritate haec ministeria sibi sumunt

cf Hebr. 5: 4 5 Nec quisquam sibi sumit honorem sed qui vocatur a Deo

De Ordinis Hierarchia et Sacramento: adversantur.

1. DB 498 DTC 11 1334

Aulici: Marsilius Padovensis et Ioannes Landunensis
Docuerunt: aequali auctoritate et iurisdictione gaudere papam,
archiepiscopum, simplicem sacerdotem. Quod damnatur DB 498
Marsilius ultra docuit aequalitatem ordinis.

2. DB 584, 608, 634, 648, 652, 672 DTC 11 1336

Wicleffitae et Hussitae
Negaverunt potestatem ordinis in praescito ad damnationem,
in peccatore; unde totius hierarchici ordinis confusio; usurpatio laica

3. DB 753

Lutherus

- a omnes christiani sacerdotes (1 Pet 2, 9)
- b diaconi non legunt evangelium sed eleemosynas distribuunt (Act 6 presbyter = senior
episcopus = intendens, surveillant
nemo sacerdos
- c ordinatio = ritus eligendi concionatores

4. Melanchthon

Eadem fere doctrina minus iniuriosa expressa
Ordo est ritus approbandi ministros praedicationis et sacramentorum
Oboedientia debetur sacerdoti propter officium seu-magistrat
et non propter ius quoddam divinum

5. Calvinus et Theodorus Beza

Septem ordinibus ludibrio vertit: unum sacramentum adeo fertile
ut septem sacramenti uncula generavit; ipsi theologi sententias
contradictorias proponunt; ecclesia primitiva ignoravit; ordines
minores non sunt sacramenta; solus Iesus Christus est sacerdos

Impositio manus est ritus accipiendo; non vanus quia in SSor
adest promissio gratiae; at non agitur de sacerdotio propitiatorio
sed de ministris electis gubernandi causa, praedicandi, baptizandi,
caenam commemorandi (non sacrificandi); verba "Accipe Spiritum sanctum..."
omitti oportet, quamvis enim Christus ita loqui potuit, merus homo non
potest.

6. Zwingli

Radicitus omnia evertit: nullum sacerdotium; nullum sacramentum;
nullus episcopatus; omnia ritus mere externi.

Nota: Calvinus admittit ordinem esse ritum cui gratia annexitur;
sed negat rationem sacerdotalem et sacrificium propitiatorium;
solus sacerdos est Christus et solum sacrificium est crucis. Ulterius
Lutherus non agnovit rationem gratiae in ullo ordine; agnovit
tamen esse sacramenta (baptismus; realem praesentiam per consubstan-
tiationem). Zwingli omnia proposita sustulit sacramenta veri nominis.

De Ordinis Hierarchia et Sacramento: adversantur critici moderni.

7. Baur, Über den Ursprung des Episkopats, Tübingen, 1838
Sententia iam pridem derelicta

a Initio singuli xtiani erant separati et quasi isolati; notabilior quisque alios paucos potius duxit quam gubernavit; presbyter vel episcopus nominabatur.

b Postea xtianis magis in unum collectis efformabantur collegia presbyteralia vel episcopalia.

c Denique prout in singulis locis astutissimus quisque totam rerum directionem sibi arripuit, ortus est episcopatus monarchicus.

8. Rothe, Die Anfänge der christlichen Kirche, Tübingen 1837

a Ante annum 70 AD xtiani separatim viverunt

b Post hunc annum, principibus apostolorum demortuis, reliqui episcopatum instituerunt.

9. Lightfoot, Commentary on Philippians, pp. 181-269

a Episcopatum originem duxit inter annos 70-100

b Nullum decretum apostolorum, uti Rothe opinatus est, sed evolutio quaedam spontanea erat; necessitas enim organa great.

c Cui tamen evolutioni contribuisse apostolos, maxime Ioannem, admittitur.

10. Edwin Hatch, The Organization of the Early Xtian Churches, Bampton Lectures, 1880, London 1881.

a Distinxit inter influxum iudaicum et influxum paganum; ex influxu iudaico, presbyteri; ex influxu pagano, episcopi (qui erant oeconomii) et diaconi (qui erant adiutores episcoporum)

b Iam demonstratum est contra Hatch ex inscriptionibus illos "episcopos" paganos non fuisse oeconomos sed directores.

11. Adolph Harnack

a Prius identificavit presbyteros et episcopos.

b Postea Hatch laudavit quia duplicem originem aliam iudaicam et aliam graecam hierarchiae xtianae.

c Tria diversa genera hierarchica distinxit:

Presbyteris erat curandum de ordine exteriori

Episcopis et diaconis erat curandum de pecuniis et de cultu

Charismaticis (apostolis, prophetis, doctribus) obtemperabant Sp

d Postquam charismati apparere desierunt, evolutio accidentalis in unum hierarchicum ordinem collegit episcopos, presbyteros, diaconos.

12. Ernest Renan, Les Évangiles, Paris 1877; L'Église chrétienne, Paris 1879

Id factum est in ecclesia quod et in qualibet associatione populari; populus ad aliquod munus vel in concilium administrativum quosdam nominat et delegat; ex conciliariis astutissimus totam rerum gestionem occupat; ita a populo in concilium presbyterorum; a concilio presbyterorum in episcopum; ab episcopis in Papam devoluta est auctoritas.

Battifol, La hiérarchie primitive, pp 225-280, Paris 1920 6

Épiscopatus quia monarchicus est institutione ecclesiastica

Primitus existimat super hiérarchia

a) itinerans: qualiter, populi, didascali

b) locum

1. prius locifica = praebyteratus

2. punctus ecclesiae et liturgiae = Diacinium

3. ministrium liturgicum postquam dissolue
opus episcopi plurimi

Leclercq Dict. d'Archéologie Chrétienne & de Liturgie

V Épiscopat

Non negat divinam originem

Affirmat episcopatum monarchicum in grecorum
ecclesias Jerusalim factum, Ephesos Iustus, Celsus Tito,
ecclesia quibus scribit apost.

Affirmat hinc auctoritatem esse ecclesias

qui in se ipso monachum Philippi, Corinthios.

postea vero credit sollem in modo proponendi
positam reum.

De Ordinis Hierarchia et Sacramento: adversantur critici moderni.

13. J. Réville, Les origines de l'épiscopat, Paris 1894
■ Distinxit triplicem hierarchiam embryonicam: charismaticorum (apostoli, prophetae, doctores); presbyterorum quibus curae erant instructio et aedificatio; episcoporum et diaconorum qui erant oeconomi et adiutores a populo democratice electi, at totam potestatem sibi tandem vindicaverunt.
14. Schola Tubingensis.
■ Weizäcker, Holstein, Holtmann, Pfleiderer, aliquatenus Heinrici.
a Evolutio a democratia per oligarchiam in monarchiam
b Methodus:
negare authenticitatem totius N.T. exceptis maximis litteris Pauliniis
retardare caetra ut habeatur evolutio
premere argumentum silentii
exaggerare quamlibet speciem actionis democraticae (2 Cor 8, 18;
1 Cor 5 1-5)
praetermittere actus auctoritatis
conclusiones ita inductas generalizare
15. Modernistae. Loisy, Tyrrell,
Generalia: DB 2058, 2060
Constitutio ecclesiae: DB 2052-56
Sacerdotium: DB 2049, 2050, 2045, 2047

De Ordine. Canones Tridentini.

Quid ex aliis tractatibus presupponendum, quid nobis probandum?

1. Existit ecclesia, societas perfecta, supernaturalis, independens circa proprias functiones a consensu populi et auctoritate saeculari.
2. Haec ecclesia regitur iurisdictione Summi Pontificis Petro successoris et episcoporum apostolis successorum
3. Hac in ecclesia existunt potestates quedam spirituales, corpus Domini consecrandi, offerendi, ministrandi; peccata dimittendi et retinendi.
4. Imo ex tractatibus de eucharistia et paenitentia, haec potestates spirituales circa eucharistiam et paenitentiam non promiscue omnibus pertinent sed coetui cuidam sacerdotali sunt propriae.
5. Existit ritus sacer quo traduntur haec potestates spirituales.
6. Qui ritus est vere et proprius sacramentum.
7. Quod characterem imprimit indelibilem.
8. Quod tres partes potentiales habet, nempe, diaconatum, presbyteratum, episcopatum.
9. Cui ex institutione ecclesiastica probabiliter, accederunt ordines minores.

Praesupponuntur 1-4, 7; probantur 5, 6, 8, 9.

Nomen "diakonos" "diakonia" interdum in N.T. generaliter pro "ministro" "ministerio" dicitur, interdum vero sensu quodam technico adhibetur.

Apparet sensus technicus: Phil 1, 1; 1 Tim 3, 8-13; Act. 6

- a Phil 1, 1: dirigitur epistola fidelibus cum episcopis et diaconibus. Ergo ceetus speciales in ecclesia sunt episcopi et diaconi.
- b 1 Tim 8-13: enumerantur virtutes requisitae in diacono; praecedere oportet probationem; deinde administrare eos licet.
- c Act. 6: narratur electio et instauratio diaconorum Hierosolymie; seliguntur septem viri quibus manus imponuntur cum oratione.
- d Cf. R 9, 20, 44, 49, 50, 50, 56

Apparet etiam sensus generalis

- a Act 1, 24: Mathias eligitur in locum ministerii (diakonias) et apostolatus Iscariotae.
- b Act 20, 24: Paulus accepit a Domino ministerium (diakonian) testificandi evangelio gratiae.
- c De ministerio apostolorum: 2 cor 4, 1; 11, 15; 1 Tim 1, 12
- d De ministerio spirituali: 1 Cor 12, 5; Eph 4, 12; cf 2 Cor 3, 7-9; 5, 18; 2 Cor 6, 3
- e De ministerio virtute Dei: Eph 3, 7; Col 1: 23, 25; 2 Cor 3, 6
- f Fidelis minister (diakonos) Tychicus Eph 6, 21 Col 4, 7;
- g Fidelis diakonus Epaphras Col 1, 7
- h Fidelis minister (diakonos) Timotheus 1 Thess 3, 2

Presbyteri

A. Distinguendum est inter seniores populi iudacici, qui generatim simul cum principibus sacerdotum et scribis nominantur, et presbyteros novae legis et communitatis christiana.

Presbyteri = seniores populi iudacici

Mt 16, 21; 21, 23; 26: 47, 57; 27: 1, 3, 12, 20; 27, 41; 28, 12
Act 4: 6, 8 = gerousia cf Ex 2, 16; 2 Mach 1, 10; 11, 27

B. Distinguendum est inter ipsos apostolos, presbyteros nominatos, et alios.

a Apostolus Ioannes se nominat "o presbiteros" 1 Io; 2 Io; inscriptio.
Apostolus Petrus se nominat "sumpresbiteros" 1 Pet 5, 1

b Alii etiam nominantur presbiteroi qui

Act. 11, 30: eleemosynas Ierosolymis accipiunt a fidelibus Antiochenis

Act. 15: 2, 4, 6, 22, 23 Ierosolymis consuluntur et decernunt cum apostolis

Iac. 5: 14-17 administrant extremam unctionem

Act 14, 22: constituuntur per singulas ecclesias in Asia Minor (Lycaonia) a Paulo et Barnaba

Tit 1, 5: Titus debet constituere presbyteros per civitates

1 Tim 5, 17-25: praesunt; qui bene praesunt duplice honore digni; adversus presbyterum noli accusationem accipere nisi duobus vel tribus testibus; subsunt Timotheo cuius est ~~est~~ malos publice redargueret, cum tamen maxima onere conscientiae suae

¶ Pet 5, 1: sunt pastores, pojmainete (cf verba Domini Petro) ~~τηρούντες~~

Act 20: 17, 28: Spiritus sanctus posuit eos episcopos regere ecclesiam Dei (in contione Pauli)

Tim 1: 7, implicite dicuntur episcopi; cf Tit 1, 5

1 Tim 3 1-10 verisimile istos episcopos esse presbyteros

1 Tim 4, 14 "impositio manuum presbyterii" ie collegium presbyterale imposuit manus Timotheo, communiter; manus ad presbyteratum conferendum erant impositae, aliqui. (Paulus manus imposuit Timotheo: "2 Tim 1, 6")

1 Tim 5, 22 "manus nemini cito imposueris" agitur de ordinatione, de confirmatione, de reconciliatione peccatoris, absolutione censurae.

1 Pet 5² ~~τηρούντες~~ omittitur a B S 33 833
vut 9m

Episcopus.

1. Generatim usus erat nomen "epimeletēs" pro eo qui alicuius rei curam habebat; interdum tamen et "episcopus." Contra in LXX ideoque inter iudeos hellenistas communius erat nomen "episcopus." Ita Leclercq, DACL 5, 214
2. Semel in N.T. episcopus dicitur de DNIC: 1 Petr 2, 25
3. Act 1, 20 citans V.T. "episkope" dicit functionem ten episkopen autou labetō eteros Ps 108, 8
4. Caeterum in N.T. aliquot in locis constat synonyma esse nomina "presbuteros" "episkopos"; nullibi constat diversa nomina haec ad diversa significanda adhiberi.
 - a Act 20, 17: presbyteri Ephesini vocantur Miletum; Act 20, 28 idem viri dicuntur episcopi positi a SpS regere ecclesiam Dei.
 - b Tit 1, 5: Titus debet presbyteros per civitates constituere; Tit 1, 7 tractat deinceps de qualitatibus requisitis in episcopis.
 - c 1 Tim 3, 1-7 8-15 de qualitatibus requisitis in episcopis et in diaconis; apparet alios episcopos et alios diaconos; non apparet diversos esse hos episcopos ac presbyteri de quibus 1 Tim 5, 17ss
 - d Phil 1, 1: inscriptio epistolae "fidelibus cum episc et diaconibus"
 - e 1 Pet 5, 2: episkopountes, deest in Vat et Sinait (BS 33 ..) si retinetur, refertur ad presbyteros.
5. Allegatur auctoritas Irenaei, Adv Haer 3, 14, 2, circa interpretationem Act 20, 17 "convocatis episcopis et presbyteris ex vicinis civitatibus" (cite ex memoria)

At contra est quod ipse Irenaeus non videtur distinguere inter nomina "presbuteros" "episcopos" DTC XI 1227; VII 2428 sed solum inter res (successiones apostolorum per singulos viros in singulis ecclesiis).

Quare videtur allegatio Irenaei esse potius allegatio traductoris seu auctoris versionis latinae. In loco deest in MG Ε textus graecus.

Etiam contra est interpretatio Ambrosiastri PL 17 388; Hieronymi PL 26 562 Pelagii PL 30 896 Chrysostomi PG 62 183 Theodoreti Oecumenii Theophylacti Aquinatis II-II 184 6 qui omnes identificant in NT nomina episcopi et presbyteri; Epiphanius Panar Haer 75, 4 haud contra nos citari potest; *quoniam legimus*
6. Allegatur auctoritas Conc Trid DB 960
 - a Concilium ibi non dat interpretationem authenticam loci
 - b Concilium non vult per transennam damnare PP vel catholicos
 - c Dicendum quod arguit ad hominem: Protestantes appellant ad SSer; et ipsum Conc citat "episcopos regere"; id quod est convenienter factum
 - d Vel dicendum quod arguit a fortiori: si presbyteri, multo magis episcopi regunt; hoc tamen non efficax contra presbyterianos qui negant episcopatum.

Episcopus

7. Didache duodecim apostolorum

R 9: "constituite (kheirotonesate) igitur vobis episcopos et diaconos" ^{quod} ^{meri}
non constat, isti "episcopi" non sunt presbyteri
imo, contra est quod episcopatum collegiale extitisse non probatur

8. I Clementis ^{con}

R 20 narrat apostolos/instituuisse episcopos et diaconos per regiones et urbes

Unde concludit non oportere presbyteros de locis suis deici; non sequitur nisi episcopus est aliud nomen pro presbytero

R 21 post verba apud R; Funk §44 iusta ponit nomina
"Non enim leve erit peccatum nostrum, si eos, qui sancte et sine reprehensione munera obtulerunt, episcopatu dicimus. Beati presbyteri viam prius emensi, qui fructuosam perfectamque dissolutionem consecuti sunt; non enim verentur, ne quis eos transferat de loco ipsis constituto"

9. Ignatius Antiochenus

Hierarchia triplici gradu existens: episcopus, presbyteri, diaconi. R 44 49 56 65

Episcopi: Smyrnis Polycarpus; Onesimus Ephesis; Damas Magnesias; Polybius Trallianorum; unicus (non nominatus) Philadelphensium.

R 65. ^{qui id est quod presbyteri non episcopi traxerint, utrumque obstat in ordinem sicut presbyteri ordinari (necis velut)}
10. Eadem hierarchia apparet

a Clemantis I epist 40, R 19 ad fin

Utitur terminologia iudeica ad describendam rem manifeste xtianis ecclesiis propriam

b Apod 1, 20: septem stellae sunt septem angeli, cuiibus scribitur, qui reprehenduntur propter defectum perseverantiae et fervoris; adde quod testibus Iren' et Tert' episcopos constituuisse Ioannem

c Praeter diaconos et presbyteros-episcopos Novi Testamenti etiam aderant Paulus, Barnabas, Titus ordinantes per civitates; Timotheus qui iudicabat presbyteros. Iacobus qui xmpx primus postea Hierosolymitanus dicitur.

Proistamenoι, Ἐγουμενοι.

1 Thes 5, 12-13 Rogamus vos fratres ut noveritis eos qui laborant inter vos et praesunt vos in Domino et monent vos, ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum.

ex graeco textu constat eosdem esse qui laborant, praesunt, monent, nam uno articulo gubernante tria participia exprimitur

Rom 12 8 qui praeest in sollicitudine

ponitur "proistamenos" inter charismaticos.

Heb 13: 7 Mememtote praepositorum (ἐγουμενον) vestrorum qui vobis locuti sunt verbum Dei

Heb 13 17 Obedite praepositis (egoumenois) vestris et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciunt et non gementes: hoc enim non expedit vobis.

Heb 13 24 Salutate omnes praepositos (egoumenous) vestros et omnes sanctos.

cf. 1 Tim 5 17 Qui bene praesunt (proestotes, participium perfecti temporis) presbyteri, duplii honore digni habentur: maxime qui laborant in verbo et doctrina.

NB Haud videtur ex hoc loco inferri: alii sunt presbyteri, alii sunt episcopi, scil. presbyteri-praesides, unde duplex honor.

Id quod legitime concluditur est: honor debetur presbytero, honor ulterior debetur presbytero qui bene praeest, maximus honor debetur presbytero qui praeterea praedicat et catechizat.

Dicimus tantum "non constat de distinctione"; absolute sane fieri posset; ad quaestio historica non est de possibilibus absolute sed de sensu documentorum et monumentorum.

Charismatici.

Enumerantur 1 Cor 12 8-10; 12 28-30; Rom 12 6-8; Eph 4 11.

Rom 12 4-8: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multa unum corpus sumus in Xto, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes (kharismata) secundum gratiam, quae data est nobis, differentes: sive prophetiam scdm rationem fidei, sive ministerium (diakonian) in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

* 1 Cor 12 7-11: Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem... sermo sapientiae... sermo scientiae... fides... gratia sanitatum... operatio virtutum... prophetia... discretio spirituum... genera linguarum... interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

I Cor 12 27-31: Vos autem estis corpus Xti, et membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opituationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Numquid omnes Apostoli? Numquid omnes Prophetae?.... Aemulamini autem charismata meliora.

Eph 4 11 ss.: Et ipse (Xtus) dedit uosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem (katartismos) sanctorum in opus ministerii (diakonias) in aedificationem corporis Xti: donec occurramus omnes in unitatem fidei....

Act 21^o Philippus discimus
et evangelista

Notanda veniunt:

1. S. Paulus docet diversitatem charismatum esse diversitatem functionum in uno corpore Xti; hanc diversitatem ducere originem a Xto per Spiritum Sanctum qui dividit singulis prout vult.

2. Insistit in ratione functionis: charismata sunt ad utilitatem (1 Cor 12 7) ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Xti (Eph 4 12).

3. Ad prophetas et doctores, saltem quosdam, pertinebat ministerium liturgicum. (Supposito sacrificio propitiatorio N.T.; R 8 thusia)
a Didache: R 9 "Constituite (kheirotonesate, Act 14 22) igitur vobis episcopos et pax diaconos... vobis enim ministrant (leitourgousi) et ipsi ministerium (leitourgian) prophetarum et doctorum..

b Maxime liturgia est ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Xti: ^{in hanc ritua liturgia, excepto locis quod principali ad Deum}

c Act 13 1-3 Erant... Antiochiae prophetae et doctores... columbarium.
Ministrantibus autem (leitourgounton) illis et ieiunantibus...

d Ex loco quo enumerantur prophetae 1 Cor 12 28; Eph 4 11; eis revelatio cum apostolis Eph 3, 5; eos fundamentum cum Apostolis Eph 2 20 Silas et Iudas prophetae Act 15 32; Silas socius Pauli Act 15 40; 17 4; Silas 1 Thess 1, 1; 2 Thess 1, 1; ponitur inter Paulam et Timotheum.

e Ex loco quo enumerantur doctores 1 Cor 12 28; ex eo quod vocantur pastores (poimenes) Eph 4 11; cf Act 20 28 regere (poimainein) ecclesiam

f Non autem omnes prophetae: 1 Cor 14 28ss quod videtur decisivum; Act 11 27; 21 10 (de Agabo et aliis)

Circa argumentum historicum.

1. Argumentum historicum non est de iis quae absolute fieri possent, sed de iis quae de facto exstisset documentis et monumentis antiquitatis probantur.
2. In arguento historico principium rationis sufficientis concludit res eo modo postea se habuisse quo antea se habuerunt nisi aliter constat.
3. Quod principium continuitatis, sollerti et sano iudicio applicandum, eo magis valet circa historiam ecclesiasticam quod ipsa ecclesia depositum fidei conservare et mysteria divina se dispensare confessa semper confessa est.
4. Mirum non est rationalistas atque liberales ideo nullam supernaturalitatem in documentis et monumentis historicis invenire quod ipsam supernaturalitatis possibilitatem a priori reiciunt, quod testimonia suis placitis a prioristicis contraria vel negligunt, vel parvi faciunt, vel detorquent, vel ad aetatem posteriorem transferunt.
5. Omnia quae clare et positive cognoscimus sunt in favorem hierarchiae quae iure divino triplici gradu constat.
6. At multa ignoramus, unde multa videri posse mira, inexplicata; a fortiori multa alia possibilia, suspicabilia.
Qui in tali genere considerationum involvitur: a a solida ratione scientifica aberrat b facile cum partibus nimis liberalibus associatur.
7. Denique recolendum est nos statuere tantummodo principia quaedam abstracta. In concretis, in accidentalibus, in conceptibus evolutio admittitur.
Non est cogitandum de episcopo purpura induito, cruce aurea cum catena aurea ornato, caelibi, palatio episcopali degente.
Imo ipsum principium territorialis iurisdictionis esse iuris divini est quaestio quae hic non solvitur.
Unde rerum externalium evolutio, evolutio mentium hominum qui pedetendim ad conclusiones practicas et mentalem orientationem practicam circa iurisdictionem et ordinis potestatem perveniebant.

Iure divino existit in ecclesia Dei ordinis hierarchia diaconis saltem, presbyteris, et episcopis constans.

De fide definita, DB. 966

1. Ignatius Antiochenus, ad Philadelphensias, Inscriptio, Funk I 265.

Ignatius... ecclesiae... quae est Philadelphiae in Asia... quam saluto... quae est gaudium meum sempiternum et stabile, maxime si uniti sunt cum episcopo et presbyteris eius et diaconis iuxta sententiam Christi designatis, quos secundum propriam voluntatem suam firmavit in stabilitate per sanctum suum spiritum.

¶ 44, 44, §, 65

Ergo hierarchia constans episcopo, presbyteris, diaconis est secundum sententiam Christi et secundum propriam voluntatem suam

malista ean en eni òwin sun tò episkopò kai tois sun autò presbuterois kai diakonois apodeleigmenois en gnômê, Iesou Khristou ous kata to idiom theôma estârixen en bebaiosunê tò agiô autou pneumatî

2. I Clementis, R 19, MG 1 288; Funk I 151

Affirmatur hierarchia constans summo sacerdote, sacerdotibus, levitis; qui omnes a laicis distinguuntur; quae hierarchia est liturgica ad oblationes et officia sacra.

3. Act 20 28

Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere (poimainein) ecclesiam Dei.

Existit ergo unus saltem ordo positus a Spiritu sancto; qui ordo videtur esse presbyterorum Act 20 17.

Qui tamen non a solo Spiritu sancto ponuntur: Act 14 22; Tit 1 5 sed et a Paulo et Barnaba et Tito.

Qui praesunt (1 Tim 5 17) sunt pastores (2 Pet 5 1) accipiunt eleemosynas pro ecclesia (Act 11 30) consuluntur et decernunt cum apostolis in primo concilio (act 15) adminstrant extremam unctionem (Iac 5 14-17)

At novum testamentum etiam sufficienter testatur de diaconis et de episcopis (sensu nostro)

Est Timotheus qui constituit episcopos et diaconos (1 Tim 3) iudicat de presbyteris (1 Tim 5 17 ss); pariter Titus Tit 1 5ss; pariter Paulus et Barnabas Act 14 22; Jacobus Hierosolymus,

Quo sensu datur evolutio episcopi monarchici.

a Quoad nomina: nomen "episcopus" in N.T. ita usurpat ut plures simul sint "episcopi" qui a presbyteris non adequate distinguuntur.

In epistolis tamen Ignatii Antiocheni nomen "episcopus" unice denotat unum quemdam virum cui subordinantur ordine et iurisdictione cum presbyteri tum diaconi.

b Quoad ipsam rem: varia sunt indicia initio non omnia fuisse aequa clara atque certa.

a' Didache: "Kheirotonesate igitur vobis episcopos et diaconos" Agitur de electione a populo facto; supponi potest ordinatio ab episcopo subaudienda. R 9

b' I Clementis: R 20 narrat apostolos constituisse episcopos (i.e. presbyteros) et diaconos per regiones et urbes. Nihil de constitutione apostolica episcoporum nostro sensu; attamen allusio ad episcopum inquantum loquitur de archiereus

c' I Clementis: Non scribitur a Pontifice Romano proprio nomine sed ab ecclesia quae Romae peregrinatur (a Domino) ad ecclesiam quae Corinthiis peregrinatur. Nihil de monarcha Corinthiis, sed tantum de presbyteris restituendis et obedientiis. Videtur efficacius futurum fuisse constituere episcopum Corinthiis qui ipse obedientiam et ordinem restauraret. Si enim episcopi monarchici Ephesis, Magnesia, Trallibus, Philadelphia, Smyrnis, cur non in antiqua ecclesia Corinthiaca?

d' Ignatius Ant. Tam strenue laudat et perpetuo inculcat auctoritatem episcopalem, ut inferri licet hoc institutum periclitari. Sane peridulum potest esse totum ex malitia humana quae non agnoscit ea quae agnoscere debeat. Datis tamen aliis indicis, dubitari potest Ignatium solam malitiam propulsare.

e' Imo, aliqua incertitudo apparet in ipso Ignatio, quatenus asserit ecclesiam syriae loco sui Deo pastore uti (ad Rom ix, Funk I 263); optime intelligitur de sede vacante usque ad mortem Ignatii; sed etiam dubium esse potuit in mente Ignatii faciliter alium virum fortem inveniri qui iura episcopalia vindicaret.

f' Praeterea, de qua modo quo constituuntur episcopi monarchici, aliquod indicium praebet Ignatius ad Philadelphenses scribens, i, Funk I 265, ubi dicit

"Hunc episcopum cognovi non a se ipso, neque per homines, neque ob inanem gloriam, sed caritate patris et domini Iesu Xti obtinuisse ministerium regendi coetum"

Non impossibile erat, ergo, ut quis ob inanem gloriam sue ingenii astutia et amicorum auxilio obtineret ministerium coetum regendi.

g' Polycarpus, ad Philippenses Funk I 296 ff, scribit non simpliciter suo nomine sed etiam nomine presbyterorum qui cum ipso sunt; epistola sua continet exhortationes presbyteris et diaconis; nihil sive de episcopo sive de obedientia ei debita. ¶ 5

Quo sensu datur evolutio episcopi monarchici.

h' Didascalia, adeo laudat episcopi munus, adeo inculcat submissionem ei debitam, ut rem de iure ita esse at de facto non semper ita esse concludendum est sit.

i' Presbyteri generatim non exhibent eam timiditatem, eam sui loci conscientiam, quae postea facta est communis atque recepta.

Ita presbyteri romani sede vacante tempore Cypriani suo nomine scribunt litteras Cypriano; more pontificum probant actus Cypriani; exspectant finem persecutionis et pacem restitutam antequam novum pontificem eligant. Cyp epist Hartel pp 549, 572.

Ipse Cyprianus fortiter processit contra aliquos presbyteros suos qui "cum contumelia et contemptu praepositi totum sibi vindicent" H 517 quod tamen Cyp asserit inauditum in antecessoribus suis.

j' Dicuntur coetus gnostici non episcopo sed presbyteris gubernari, eo quod evolutio quae in ecclesia catholica est facta inter eos non est facta

Quo sensu datur evolutio episcopi monarchici. Quando hanc quæstionem distinguenda sit
in iure territoriali episcoporum.

Quæ superius sunt recitata, faciliter cum thesi nostra
componi possunt.

Quando enim asseritur episcopatus esse iuris divini, nihil
asseritur de claritate conceptum qui aetate primitiva ecclesiae
hominum mentibus efformabantur, nihil asseritur de actuali deductione
conclusionum quæ inde sequuntur, nihil asseritur de episcopis
qua territorialibus, nihil de caeteris pure accidentalibus quæ tamen
oculos percellunt, auctoritatem fulciunt, submissionem faciunt
habituellem, facilem, ordinariam.

Exemplo sit immaculata Conceptio BVM quæ a Deo revelata est
doctrina, et tamen aciem mentis Angelici fugiebat. q. Cyprianus & ad Cyprianum & ad Corin. adleti.

Aliquid ergo tale de episcopis statuitur, nampp, illa preeminentia
iurisdictionis atque ordinis quæ postea, puta saec III, in episcopis
ubique est agnita, sequitur ex ipsa voluntate DNIC. In mandatis
quæ Dominus apostolis tradidit continetur aliquid ~~mm~~ quod sive
formaliter sed virtualiter idem est atque ius episcopale.

Qui ponit tale ius, non ponit conceptus claros circa ipsum
ius: potest enim contineri in factis concretis, in modo procedendi,
in obiectivo illo complexu actionum qui nominatur traditio et est
ipsa ecclesiae vita.

Multo minus ponuntur conclusiones quæ deducuntur ex claris
conceptibus. Nullo modo ponuntur ea quæ non deducuntur sed ad
aliud ius pertinent, puta, ius territoriale episcoporum.

Quare potest quis loqui de evolutione episcopi monarchici
et tamen nihil contra thesin re vera stabilire.

Non asseritur in thesi inde ab initio existisse virum quemdam
praeclarum in singulis ecclesiæs, caelibem, purpura induitum, cruce
aubea, mitra, baculo episcopali ornatum, cuius anulum genibus flexis
presbyteri et populus osculabantur. Haec omnia evoluta sunt.

Asseritur in aliquibus ecclesiis adfuisse inter eos qui
presbyteri nominabantur quemdam cui competebant iura particularia.
Eo quod asseritur "iura particularia vel specialia ei competere"
non statim sequitur talem hominem caeteris obvie antecellere; de
iuribus ad facta, illicita est illatio; quid fieret de facto, penderet
a praestantia ingenii istius hominis.

Praeterea, cum accidentalia episcopalia defuissent initio,
etiam et nomen; nomina enim imponuntur et communiter recipiuntur
circa clara et obvia; post advenientie reflexione vel premente
necessitate, evolvuntur nomina.

Ordinatio in N.T.

1. Act. 1 21-26 De electione Mathiae.

Finis: ut habeatur testis resurrectionis eius

Conditio: qui nobiscum erat a baptismate Ioannas ad Ascensionem

Oratio: Tu Domine... ostende... quem eligeris ex his duobus unum accipere locum ministerii huius (tes diakonias tautes) et apostolatus (apostolos) de quo preevaricatus est Iudas.

Effectus: cecidit sors super Mathiam et annumeratus est cum undecim apostolis.

Nihil explicite de ordinatione.

Si sacramentum: aut tacetur, aut extraordinarium per interventum specialem Spiritus sancti (scil. ad apostolatum qui ordinem excedit), aut generice determinatum.

2. Act. 6 1-6

Occasio: murmur graecorum (scil. iudeorum hellenicorum) quia viduae graecae despicerentur in ministerio quotidiano

Solutio apostolica: non est aequum nos deringere verbum Dei et ministrare mensis. Constituamus alios super hoc opus.

Conditio: viros septem boni testimonii, plenos Spiritu sancto et sapientia

Ordinatio: orantes imposuerunt eis manus; prosequamendi epethikan autois tas kheiras

NB Isti septem non nominantur diaconi

NB Sunt constituti super hoc opus (khreias)

NB Conditio requisita demonstrat munus haud parvum; et quidem loco apostolorum debent aliquid communitatis curare.

NB Stephanus 6, 8 plenus gratia et fortitudine fecit signa magna et prodigia; 6, 10 praedicabat, non potuerunt resistere sapientiae; 7 2-63 praedicat ante Sanhedrin

NB Philippos 8:5-7, 12, 38 operatur signa, praedicat, baptizat; Act 21 8 evangelista

3. Act. 13 1-3 ritus ordinationis a prophetis et doctoribus.

Gal 1: 12, 17; 2: 8 ss. asserit independentiam Pauli, revelationem immediatam; spectato vv 17 18 haud dici potest adfuisse Antiochiae apostolum ad ordinandum Paulum; spectato vv 2:8ss apparet missionem Pauli specialem a SpS ab apostolis postea confirmatam

Porro, videtur prophetas et doctores perfecisse ordinationem Barnabae et Sauli, quorum tamen Barnabas primo loco Saulus ultimo enumeratur; ista enumeratio videtur excludere praesentiam episcopi inter istos prophetas.

Generatim Catholicci ibi vident ordinationem episcopi.

Inter sententias: 1 prophetas esse episcopos itinerantes; 2 adfuisse apostolum Antiochiae 3 charismaticos Antiochiae quosdam esse episcopos 4 charismaticos non esse episcopos sed deputatione speciali a Spiritu Sancto fuisse ministros extraordinarios ordinationis Ultima facilius cum textibus conciliatur.

Ordinatio in N.T.

4. Act 14, 22

Et cum constituisserent (kheirotonēsantes) illis per singulas ecclesias presbyteros...

kheirotonēo: manum extendere, eligere in graecitate classica quia electiones ex manibus elevatis, ordinare in graecitate xtiana.

NB Act 6 6 epethekan tas kheiras; 13 3 epithentes tas kheiras
1 Tim 4 14 meta epitheseōs tōn kheirōn; 5 21 kheiras... epitithet;
2 Tim 1 6 din tes epitheseos ton kheiron mou

5. 1 Tim 5, 22 "Nemini manus cito imposueris, nequ communicaveris peccatis alienis"

Disputatus de sensu et ordinatione argumenti vv 17-25

a Intelligi potest: 17 18 de presbyteris in genere 19 de presbyteris accusatis 20 21 22 de(presbyteris)delinquentibus (in genere) 23 personale 24 25 de diversitate hominum, apparentiis boni et mali.

Ita impositio manus est absolutio vel in foro externo vel in foro interno. Ita Galtier DTC L'imposition des mains c 1006-13; RSR 3 (1912) 449-54; De paenitentia tractatus hist-dogm Paris 1923.

b Originis et Chrysos fere

17-19 de presbyteris 20 21 de peccatoribus 22 de usu potestatis ordinandi 23 de usu vini 24 25 de apparentiis boni et mali

c 17 18 de presbyteris in genere 19 de accusatis 20 21 de delinquentibus 22 de evitacione futurorum presbyterorum malorum 23 personale 24 25 quod tempore omnes possunt cognosci, ideoque malos presbyteros evitari posse

Galtier cumulat testimonia a communicare peccatis alienis esse per relationem ad peccatores(actuales) 1 Cor 5: 6 9-12 13 Eph 5: 7 11; 2 Joan 11; Apoc 17 4; Hermæ Mand 4 15; Didakhe 14 2; Iustin Apol II 2. b communicare peccatis una cum manus impositione significat absolutionem intempestivam apud Tert., Aurelium Uticensem, Firmilianum Caesariensem, Basilium, Didascalion, Pacianum c requiri originem apostolicam pro praxi absolvendi per manus impositionem.

Perpauci hanc opinionem accipiunt. Argumentum patristicum infringitur eo quod omnes sub influxu ecclesiae africanae vel caesariensis: traditionem a Tert incepisse videri (qui rigorista fuit) deinde a Firmiliano exceptam et continuatam esse. Haec interpretatio reicitur ab Ambrosiastro, Chrysostomo, Theodoro Mopsuesteno. Primo apparet manus impositio tamquam absolutio in Didascalia, cc 250. Communicare peccatis habet sensum magis generalem: adde 2 Cor 6 14 Apoc 18 4 de relationibus socialibus generalibus; cf

E. Magis consonum videtur tertia interpretatio; habetur ratio pro vv. 24 25.

6. 1 Tim 4 14; 2 Tim 1 6; loca classica.

Multiplici testimonio inde a saeculo IIIo constat in universa ecclesia exstisse ritum manus imponendi et orandi qui origine apostolicus ~~in~~ potestatem sacram diaconalem, presbyteralem, episcopalem tradit atque gratiam seu virtutem spiritus sancti confert.

Haec testimonia sub quattuor capitibus colligimus: testantur enim scripta apocrypha, facta historica, opera liturgica, doctrina patristica. Vide DTC, Ordre, II, 1245 ss.

1. Scripta apocrypha.

Quamvis enim haec scripta non pertinent ad metatem ad quam pertinere prae se ferunt, tamen optime consuetudines atque receptam posterioris temporis doctrinam repraesentant.

a Ordinatio collata a S. Mattheo, Martyrium Mattheei, 28, edit Bonnet, Acta apost. apocrypha, 1898, IIa 259

b Ordinatio S. Petri collata a DNIC, Actus Petri cum Simone, 10, edit Lipsius, I 58

c Duodecim presbyterorum et 4 diaconorum constitutio a S. Petro, Recognitiones clementinae III 66-67, PG 1, 1311

d Institutio Clementis tamquam episcopi romani, Zachaei tamquam episcopi Antiochiae Syriae, a S Petro effecta, Epist. Clementis ad Iacobum, ii, PG 2 35

e Indicantur quinam in quibusnam ecclesiis a quibus apostolis ordinati erant, Const. apostolorum, VII, xlvi, Funk 453.

2. Facta historica.

a Synonyma facta sunt nomina: kheiotonia, kheirothesia, quandocumque agitur de electione vel ordinatione diaconi, presbyteri, episcopi. Nullum indicium fuisse ordinationem quae non fuerit per manus impositionem. tantummodo versus finem saec VIII incipit fieri distinctio inter kheirotonia (ordinatio proprie dicta) et kheirothesia (benedictio ecclesiastica).

b Episcopi Hierosolymitanus et Caesariensis manus Origini imponant ad ordinationem presbyteralem. Euseb. H.E. VI viii 4 PG 20 537

c Cornelius RP ad Fabium ep. Antiochenum narrat quemadmodum Novatianus obtinuit ordinationem presbyteralem et episcopalem. Manus impositio. Eus HE VI xlivi 7 PG 620

Ordinatio episcopalnis dicitur invalida. mateia₁ kheirepithesia₁ episkopen autoj downai

d Cyprianus, de confessoribus permittentibus talem ordinationem, Hartel xlix 1, p 610

e Cyprianus describit ritum ordinandi Sabinum, Epist 67,5 H 739

f Of reunio episcoporum ad ordinationem Fabii, Kheirotonias eneken, Eus HE VI xxix PG 20 588

g consecratio Anatolii Alexandrinensis kheiras eis episkopen
epitetheike Eus HE VII xxxii col 729

h auctor "de aleatoribus" c iii de propria sua consecratione,
inter opera Cypr, Hartel III 94

saec IV^o

a Basilius narrat Anthimum prppria monu et propria auctoritate
ordinasse Faustum, PG 32 541 cf 540

b loquitur de iis qui manus imposuerunt (kheirotonesantes) Gregorio
Nyssenom, PG 32 841; cf 394-97

c Greg Nyss recolit suam ordinationem et etiam partis patris sui,
mentionem faciens impositionis manus, PG 35: 830, 1027

d Greg Nyss narrando ordinationem Gregorii Thaumaturgi demonstrat
consecrationem fieri sola manuum impositione PG 36 909

e S. Optatus recolit Caecilianum fuisse consecratum "manus imponente
Felice Autumnitano" PL 11 918

f saec X Simeon Metaphrastes asserit ordinationem Ioan Chrys
miraculo signatam fuisse eo instante quo caput sub manu episcopi
inclinabat PG 114 1075

g Ordinatio Maximiani, PL 43 705

h Circa eamdem ordinationem, S Caelstinus loquitur de forma
verborum "Interfuimus nec nos dixerimus absentes, cum eius capit
verba mystica dicerentur" Epist ad synodum Ephes., PL 50 539

i Apud Theodoreum Cyri, vide ordinationes PG 82: 1402 1427 1151

3. Opera liturgica.

Quodammodo haec opera non sunt omni exceptione maiora.

Traditio apostolica Hippolyti est opus schismatici. Representat
tamen consuetudinem romanam circa annum 218. Non tamen est opus
spurium, fingens apostolos loqui, etc. Finis auctoris in proemio
sic ponitur "ut ii, qui bene docti sunt, eam quae permanuit
usque nunc traditionem exponentibus nobis custodian et agnoscentes
firmiores maneant" "quomodo oportet tradere et custodire omnia
eos qui ecclesiae praesunt" Funk II 97.

Constitutiones apostolorum, libri octo, circa annum 375 (cormolly)
400 (Funk) pendet a Didascalia in libris Io ad VI^m, a Didache in libro VII,
a Traditione apostolica, libro VIII. Liber VIII xlvi continet 85
canones, qui etiam separatis de manu ad manum circumferabantur,
et nominantur "canones Apostolorum". Opus ortum habuit in Syria
vel Constantinopoli, tamen prodit tendentias Arianismi. Edit Funk.

Steidle, Patrologia, p 268 ss.

Didache 90-120 in Syria

Apostolike paradosis (antea nomine "Constitutiones Ecclesiae Aegyptiacae" cognoscetatur) anno 218 c. ab Hippolyto Romane pro sua ecclesia schismatica est composita.

Exstat textus aethiopice, coptice (sahidice et bohairice), arabice; primogenius textus graecus perit; supersunt fragmenta latina.

Funk II 97-119 (Didascalia et Constitutiones Apostolorum) versio latina textus coptici

Didascalia apostolorum, probabiliter circa 250, in Syria, potius in regione transiordanica conscripta

Textus primogenius graecus perit; exstat syriace et partim latine Connolly

Constitutiones apostolicae
post 300 in Aegypto; textus exstat graece
Bickell, Giessen 1843; Funk cc

Constitutiones Apostolorum, libri octo

Versus finem saec IV in Syria vel Constantinopoli

Auctor asserit se esse Clementem Romanum

libri 1-6 idem fere argumentum tractant ac Didascalia

Funk

Didascalia aethiopica

complectitur "constitutiones apostolorum" 1-7 excepto 7 18-26

Canones 85 Apostolici, = Constitutiones Apostolorum 8, 47

Octateuchus Clementinus

non ante finem saec VII (7) a monophysita in Syria

Continet "Testamentum infra" et "Constitutiones Apostolorum"

Extrat syriace aethiopice arabice

Testamentum DNIC

Auctor compilavit librum octavum Const Apostolorum cum apocalypsi quadam deperdita

Auctores testamenti dicuntur esse Iohannes Petrus Matthaeus,
Revera opus a monophysita prob in Syria c 475

Funk Das Testament unseres Herrn

Constitutiones per Hippolytum

Epitome est libri octavi Const Apostolorum cum nonnullis additamentis

Canones Hippolyti

Retractatio Apostolicae traditionis, c. 500

Apostolike paradosis = Constitutiones ecclesiae aegypticae
Funk, Didascalia et Constitutiones Apostolorum, II 97-119

Est compositio Hippolyti Romani, circa a. 218, pro ecclesia sua schismatis

1. Ordinatio episcopi. Funk II 98 ss.

pluralitas episcoporum; manuum impositio; oratio ut gratiam accipiat, digne offerat oblationem sanctae ecclesiae, habeat facultatem remittendi peccata, dandi ordines, solvendi omne vinculum iniquitatis

2. Ordinatio presbyteri. Funk II 102 ss

Episcopus presbyterum ordinet; manum suam capiti eius imponat, omnibus presbyteris eum tangentibus (vide sup in ordinatione episcopi "et presbyteri adstant quiescentes"). Et oret super eum secundum eum modum quem diximus de episcopis. Et oret super eum quemadmodum dicemus....

Infra explicatur presbyterum accipere spiritum sicut episcopus excepto quod non habeat potestatem ordinandi (dandi clerum). p 104.

3. Ordinatio diaconi. Funk II 103 s.

Impositio manus a solo episcopo; oratio ut accipiat gratiam

4. Confessores Funk II 104 s.

"Confessori autem si

~~Sixtus~~ propter nomen Dei in vinculis fuit, manus non imponatur ad diaconatum vel presbyteratum; namque dignitatem presbyteratus confessione sua habet. Sin autem episcopus constituendus est, manus ei imponatur." Si minus quam in vinculis, dignus est clero et ordinetur.

Cf. Cypriani epistulas contra confessores qui lapsos fere absolvebant.

5. Lector, Subdiaconus, Vidua, Virgo, Dona sanationum. II, 105 s.

Lector constituatur episcopo librum apostoli ei dante; et oret super eum, manus autem ei non imponat.

Subdiacono manus non imponatur, sed nominetur, ut sequatur diaconos.

Si vidua constituitur, non ordinetur, sed nominatim eligatur. Cautelae adhibenda etiamsi aestate proiectae. "Vidua verbo tantum constituatur et cum reliquis uniatur, nec vero manus ei imponatur, quia non oblationem offert neque liturgiam facit."

Virginis manus non imponatur, sed voluntas sola eam virginem facit.

Quodsi quis dicat: Accepi dona sanationum per revelationem, manus ei non imponatur; namque res ipsa manifestabitur, si vere loquitur.

MG 1,
Constitutiones apostolorum, libri octo. Funk, Did et Const, I 471
Opus compositum in Syria vel Constantiopolis versus finem saec. IV
Const Apost VIII, iv; Funk I 471; MG 1:

"Simul igitur existentes nos duodecim Domini apostoli
hasce divinas constitutiones de omni ecclesiastico ordine vobis
in iungimus, una praesentibus tum electionis vase Paulo coapostolo
nostro, tum Iacobo episcopo, tum reliquis presbyteris ac septem
diaconis. Primus igitur ego Petrus aio ordinandum esse episcopum,
ut in superioribus omnes pariter constituimus,....

Ordinatio episcopi

Inquisitiones an dignus;

"... unus ex primis episcopis una cum duobus aliis prope altare
stans, reliquis episcopis ac presbyteris tacite orantibus atque ad
diaconis divina Evangelia super caput eius, qui ordinatur, aperta
tenenibus, dicat ad Deum:..." sequitur oratio.

Oratur ut Deus ei det "pascere gregem... offerre dona ecclesiae...
deinde ea quae apud R 1234

Nihil de impositione manus, quoad video. Pot asservar VIII, xiv, 9
46

Const Apost VIII xvi; Funk I 521 s.

presbyteri

Ordinatio episcopi a "dilecto a Domino" statuitur.

"Cum presbyterum ordinas, episcope, manum super caput eius
ipse impone adstante tibi presbyterio nec non diaconis, et orans
dic:

Imprecatur gratia, inculpata sacrorum perfectio, sermo
aptus ad docendum, mansuetudo

Const Apost VIII xvii; Funk I 523 s; diaconus; Philippus determinat

Impositio manus episcopi; oratio ut impleatur spiritu et
virtute, et, inter alia, ut maiori gradu dignus habeatur

xix, p525, De Diaconissa vero Bartholomaeus constituo.

Impositio manus, oratio "da ei spiritum sanctum"

xxi, p525, De subdiaconis Thomas constituit.

Impositio manus, oratio "da ei spiritum sanctum"

xxii, p 527, de lectoribus Mattheaeus

Impositio manus, oratio "da ei spiritum sanctum"

xxiii, p 527, de confessoribus Iacobus Alphaei

Confessor non fit ordinatione; res est voluntatis et tolerantiae;
magno honore dignus est; si opus eo fuisset in episcopum aut presbyterum
aut diaconum, ordinetur. "Si vero aliquis confessor non ordinatus
aliquam huiusmodi dignitatem praetextu confessionis sibi arripuerit,
is depenatur et excommunicatur; non enim est, quandoquidem negavit
Christi constitutionem et est infideli deterior.

Non ordinatur virgo xxiv, vidua xxv, exorcista xxvi

NB exorcistae decretum additur quod Trad Hippoluti de dono sanationis

4. Doctrina Patrum.

a Aphraates: impositio manus (Demonstrationes XIV 25) trés ordines hierarchici (XIV 1) Pat Syr I 573 633

b Ephraem: potestas sacerdotalis dignatur nobis inhabitare per manus impositionem (De sacerdotio sermo); existit hierarchia episc presbyt diaconum (Carm Nisebenal 21 5) qui spiritum sanctum receperunt, Opera edit Lamy II 366

c Basilus, saepius in epist de ordinatione et semper per manus impositionem collata. Reprehendit chorepiscopi qui pecuniam accipient meta ten kheirotonian PG 32 397; manuum impositionem conferre potestatem sacerdotalem col 668

d Timotheus Alexandrinensis, kheirotonethentes, kheirotonoumenoī, synēyma sunt cum "ordinati" ordinantes Responsa canonica, xxii, xxiii Pittra, Iuris eccl Graec hist et monum I 643 Rome 1864

e Epiphanius, distinguens inter episcopum et presbyterum, de hoc dicit "me ekhonta kheirothesian tou kheirotonein Haer 75 4 PG 42 508

f Theophilus Alexandrinensis, docet ordinationem fieri in ecclesia, praesente et consentiente presbyterio, per kheirotonian episcopi Pittra, op cit 647 PG 65 39

g Ioannes Chrys. loquitur de manus impositione tñqm ritu sed etiam explicite de concomitante oratione, citans Act 6 6 (in Act hom 14 3) PG 60 116; 42? (62) 183 (est in epist ad Phil, hom 1 1)

Ecclesia latina

a Innocens I, non communicatur nisi damnatio per haereticorum manus impositionem; valor ordinationis non negatur PL 20 530

b Hieronymus, identificat manus impositionem et ordinationem, docet etiam orationem concomitantem, PL 24 569

c Augustinus, unit manus impositionem et orationem sacramentalem, PL 33 268; 43 190; 42 1906

Qui ritus etiam dat participationem specialem Spiritus Sancti.

a Hippolytus, PG 16c 3020: tauta de eteros ouk elegxei è to
en ekklēsiai paradothen agion pneuma, 'ou tukhontes proteroi oi
apostoli metedosan tois orthōs pepisteukosin: 'on ña hêmeis
diadokhoi tugkhanontes, tes te autes kharitos metekhontes
arkhierateias kai didaskalias, kai phrouroites ekklēsias
lelogismenoi...

b Auctor "de aleatoribus" Hartel III 94
iam ut constet nos, id est, episcopos pastores ovium esse
spiritualium, hoc est, hominum fidelium qui sub cura nostra con-
stituti...

et quoniam episcopum, id est, spiritum sanctum per imposi-
tionem manus cordis excepimus hospitio, cohabitatori nostro nullam
maestitiam proponamus. monet dominus et dicit: nolita contristari
spiritum sanctum qui in vobis est Eph 4 30

c Ambrosiaster
Quaest VT et NT, q 93 2 PL 35 2287
In 1 Tim 4 14 PL 17 475

d Lucifer de Cagliari
De Sancto Athanasio, PL 13 829

e Spuria quaedam
Homiliae Clementinae 3 72 PG 2 157
Epist Clementis ad Iacobum PG 2 25

f Greg Nazian
Orat 43, 78 PG 36 600

g Basilius
Epist 187 1 PG 32 669-70

h Theodoreetus
Religiosa historia, 13 14 PG 82: 1401 1404 1428
In 1 Tim 5 22 PG 82 821
Quaest in Numeros, 47 PG 80 397

i Athanasius
Epist ad Draconium, 2-4, PG 25 524 and 525-528

j Greg Nyssen
In bapt Xti PG 46: 581 ss and 1279

k Chrysostom
De sacerdotio 3, 4-5 PG 48: 642-3
Homilia de resurrectione mortuorum 8 PG 50 432
In 2 Tim, hom 1, n. 2, PG 62 602-3

m Cyrillus Alex
In Ioann Evang XII xx 22-3 PG 74 711

n Const Apostolorum VIII v 7 Funk 1 476

Sedm Patres ritus imponendi manus constituit diaconos, presbyteros, episcopos et donum Spiritus sancti confert.

Rouet
753 Athanas
919 Basil
1062 Nyss
1108 Epiphan
1214-5 Chrys
Hieron 1345 1357 1369 1394
1617 Aug
1236-8 Const Apost

Patres priores de hierarchia loquuntur

D 45, 89 Cornelius; Siricius de caelibatu /loquitur Clem Alex
R 413 427 438, de clero, hierarchia, Ioanne apost constitente episcopos
R 296 300 Tert de successione apostolica, de confusione ordinum apud haer.
R 128 Iust de consecratione a praeside, distribut a diacono
R 44 48 49 50 56 65 Ig Antiochenus
R 19 20 21 25 27 Clemens Romanus
R 9 Didache

Quorum omnium fundatum sufficiens invenitur in doctrina N.T.

My ex DB bicus sibi numerat
representante negotiis
sufficiunt Cicer

Plautius : comedunt medicina
laborare scripta operari
representante negotiis
ergo ab Alano

Diaconorum, presbyterorum, episcoporum ordinatio est verum novae legis sacramentum.

Ita est, si saeculo tertio quartoque in universalis ecclesiae fide et praxi creditur talis et adhibetur ut talis et si haec fides et praxis usque ad Dominum ecclesiae fundatorem reducendae sunt.

Atqui...

Ergo...

Maioris pars prima:

Supra demonstrata est ex scriptis apocryphis, factis historicis, libris liturgicis, dictis patristicis existisse ritum manus imponendi atque orandi quibus traditur potestas spiritualis diaconalis, presbyteralis, episcopalnis et obtinetur donum gratiae seu Spiritus sancti.

Maioris pars altera:

Haec fides et praxis ad Dominum sunt reducendae.

a Quia a Domino institutum est sacrificium eucharisticum et potestas remittendi peccata; quod assumitur probatum in aliis tractatibus
b Quia ab ipso tempore apostolico existit hierarchia ordinis triplex, episcopalnis, presbyteralis, diaconalis; id quod supra est probatum.

c Quia loquitur Paulus de gratia quae Timotheo inest per manus impositionem; quae manus impositio est ordinatio, uti ex contextu conicitur (agitur enim de gratia ad munus pastorale; de gratia sanctificante quae cum virtutibus coniungitur) et traditio intellexit
d Quia manus impositio septem viris Act 6, 6 traditione intelligitur de ordinatione diaconorum, id quod ex qualitatibus in ordinandis requisitis, et ex subsequenti historia Stephani et Philippi confirmatur.

Chenu, Sacrae Liturgiae Matrimonio.

Ordo est sacramentum. Censura.

1 Ordo vel sacra ordinatio est sacramentum, De Fide Definita, DB 963

2 Presbyteratus est sacramentum, De fide catholica

a DB 960 in sacramento ordinis imprimitur character, cf 964, quare sacerdotes NT semel rite ordinati non possunt iterum laici effici, cf 964

DB 957 successores apostolorum in sacerdotio habent potestatem consecrandi offerendi ministrandi Corpus Di, peccata remittendi et retinendi cf 961

b Porro haec definitio sacerdotii convenit presbytero; ideoque sacramentum ordinis recipitur a presbytero

c Nullum umquam dubium in ecclesia vel controversia utrum de sacramentalitate presbyteratus.

3 Diaconatus est sacramentum,

a confert gratiam, DB 964, nam dicitur "Accipe Spiritum sanctum..."

b est communis TT sententia, paucis exceptis ut Durando et Caetano

4 Ordines minores sacramento conferuntur

a saltem ut sententiam probabiliorem defendebant multi TT medii aevi Bonaventura, Albertus M., Aq., Scotus postea Bellarminus, Gregorius de Valentia, Wirceburgenses, Gonet, Gotti, Billuart nostris temporibus: de Augustinis, Billot, Hugon

b hoc negant medio aeo Gratianus, plures canonistae, Durandus postea Dominicus Soto, Vasquez, Morinus, Drouven, Benedictus XIV, S. Alphonsus maxime post inquisitiones historicas Morini, (De sacris ordinationibus), haec sententia communior facta est.

5 Subdiaconatus sacramento confertur.

a qui tenent ordines minores sacramento conferri, addito Vasquez

b qui negant ordines minores sacramento conferri, excepto Vasquez

Episcopatus sacramento confertur.

a ratione ordinis distinguitur a presbyteratu: DB 966 hierarchia quae constat episcopis, presbyteris, ministris; porro haec non est hierarchia iurisdictionis quae constat summo pontifici, episcopis et subordinatis; ergo ratione ordinis dist, epis a presbyteratu cf CIC 108 §3

b confert gratiam; dicitur "Accipe Spiritum sanctum.. " Pesch §618

b Episcopatus est ordo sacramentalis distinctus a presbyteratu.

c ita senserunt Guillelmus Altissiodorensis, Scotus, Durandus, Paludanus, Gabriel Biel, Caetanus, Bellarminus, Petrus Soto, Medina, Vasquez;

erat sententia communis canonistarum medii aevi;
hodie evasit communis

d negatur a multis ex veteribus scholasticis, Albertus, Thomas, Bonaventura; scdm Lennerz non videtur haec antiqua forma negationis adhuc proponi

e Probatur: a confertur gratia, nam dicitur Accipe spiritum sanctum
b ratione ordinis est distinctum cf supra c dat postatem novam
ordinandi (Epiphanius, Haer 75, 4; R 1108;1205 Chrys;1236 Const apost;
1357 Hieron) d est inammissibilis potestas iure divino (ecclesia agnoscat
validitatem ordinis collata ab episcopo excommunicato degradato; neque
sibi tribuit facultatem auferrendi hanc potestatem)

Quod in contrarium arguitur: episcopatus non dat novam potestatem
circa Eucharistiam ideoque non imprimet characterem neque sacramento
confertur -- petitur probatio maioris et suppositi (Lennerz)

1 Qualiter distinguitur episcopatus a presbyteratu.

a Alii ut Billuart, Billot,... (multi sunt) dicunt episcopatum
et presbyteratum non esse ordines adequate distinctos; non dari
characterem ordinatione p^{ro} episcopali sed eandem ampliari ad conferendam confirmationem et ordinem.

Ratio principalis: quia secus non essent 7 ordines.

Quae ratio parum valet: vario modo enumerari possunt et enumerantur
de facto ordines

b Alii (Bellarminus, Sasse, Wernz,...) et canonistae communiter
a temporibus antiquis affirmant novum et diversum dari characterem
in episcopali ordinatione

Et haec sententia preferenda videtur quia ritu proprio conferitur
episcopatus, quia confertur potestas ordinandi quae non continetur
in presbyteratu, quia ratione ordinis distinguitur episcopatus a
presbyteratu.

2 Quamvis distinctus non tamen independens est episcopatus a presbyteratu.

a Quæstio est utrum quis non ordinatus presbyter possit valide
ordinari episcopus, ita ut habeat potestatem et presbyteri et episcopi.

NB Ita est de presbyteratu relate ad diaconatum; qui ordinatur
presbyter, valide habet et suam potestatem et potestatem diaconi.

b Multi affirmant (Mabillon, Martene cf Many de sacra ordin p 16 ss
cf Sasse II 333 ss)

Romae per plura saecula diaconos consecratos fuisse episcopos
omissa ordinatione presbyterali

Many indicat non facile demonstrare contradictorium

unde aliqui (Palmieri, x^{xx}parxi) dicunt narratores praetermittere
sed non negare ordinationem presbyteralem

Alii uti Gasparri admittunt ut probabilem sententiam, in episcopatu
eminenter continet presbyteratum

Alii uti Wernz, hanc eminentem continentiam negant fortius Insac E#23

c Communius docetur, valide non confertur episcopatus nisi præmittitur
presbyteratus; quod tamen distinctionem non aufert.